

nam in inferno cruciatur? Nemo igitur dicat ebrietatem esse dulcem melancholicis antidotum; sicut enim rosi una die floret, & marcescit; sicut enim rosi una die permanent; ita vini sapor, & epularum suavitas, una tantum hora, aut duabus ad summum placet, at damna, quæ exinde consequuntur, integris annis nos suspirare faciunt. En! quantum homo ebriolus proximo noceat! Jam denique videamus, qualis sit erga Deum.

§. III. De denique qualis sit erga Deum.

8. Homo gastrimargia & ebrietati deditus, est etiam Dei, & totius celi inimicus. Quare? quia post vitam homine proflus indignam tandem instar pecudum emoritur. Exemplo fit Alexander Magnus; (*Athenas lib. 1. cap. 11.*) cum enim ingens poculum, quod duos congios capiebat, a Protea nebulis bibacissimo propinquatum his exhaustis, concidit, decubuit, interit. Exemplo fit Attila Hunorum Rex, qui largiter epoto mero, effusa e naribus magna sanguinis copia subito mortuus concidit. Exemplo fit Valentinianus Imperator, qui vino madidus lamentabili voce una cum ructu sanguinis emissa expiravit. Ejusmodi luctuosus casus hodie dum crebrescunt; nihil est auditu frequentius, quam quod ebriolorum unum cervicem per scalas frerit, alius ad equo lapsus obrutus, alius in flumine mergus, alius a rivali occisus sit. De his, a liquis similibus quam optime enuciari potest illud Jobi: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* (*Job. 21.*) Verum perspicimus, quam terribilibus supplicis Deus suum odium contra hoc vitium testatum fecerit?

9. Arnulphus quidam Presbyter (*Bolland. to. 1. fol. 361.*) jam diu vita sanctus apparuit Sancto Remberto, funerali obsequio sui prædecessoris occupato, cumque ille interrogaret, qui se in ultimo seculo haberet, cum genui reposuit, heu! male, quamquam enim in gratia decessi, tamen quia in hac carne victitans, neglecto salutis meæ negotio, etiam & potum immoderate usurpavi, indignus hæctenus sui ad præsentiam & conspectum Dei pervenire. His dictis horrendum lacrymari & ejulare cepit. Dein perrexit: Verum si tua fraternitas pane, sale, & aqua contenta, a cæteris victualibus quadraginta dierum abstinentiam pro me suscipere vellet, credo per Dei misericordiam, me ab hujus repulsione sententia liberatum iri. Terribilus est, quod Cantipratanus lib. 2. ap. c. 12. §. 3. de Prælati, qui lautus vivunt, quam par est, afferit exemplum, afferens, id suo tempore in Francia contigisse. Duo Monachi erant a puerilibus annis usque ad sentiam in coeleste Patris, & monasticæ observantia ofores. Hi aliquando post immunditias, quas hic describere non vacat, in risibus & epulis exulta-

bant, atque innocentibus ac simplicibus, qui sui furoris esse volebant, gravissime detrahebant. O bone Deus! quis non exhorretet, homines etiam religiosi a malo damone demerant? quibus aliis verbis tantam infelicitatem deplorant, quam illis Petri Blesensis in c. 1. Job: *Illud pro aperiis mihi doleris mantentant inopertat, quod Viri religiosi, & Sancti Ordinis Professores, de ferebantur nonnostrare contendunt.* Cum ergo de Monachorum illorum insolentis Monasterium haud mediocriter turbaretur, nec esset, qui delinquentes corrigeret, Deus, qui piorum claustrorum turbationem ioultant non sinit, ad iracundiam concitatus est. Accidit quodam vespere, ut secundum consuetudinem esculentis & potulentis hellauerunt, cum ecce unum prædictorum senum lubita ingluvie fragulatum evertis statim oculis expiravit. Territ igitur omnes, qui aderant, surrexerunt: ac non diu post suspentes verulus, socii supplicio haud diutius quam aliquot momentis fractus resumpta audacia ad membra resedit. Bibis egredie, & haustus haustus auxit, tandem enormis crapula repletus instar amens bruti ad escum portatus, tam repentino apoplexia malo obrutus est, ut nec crucis figuaculo, nec invocato Salvatoris nomine sibi consulere poterit. Adhuc unum! Duo Germani milites, (*Michael ab Uster. ann. 1584.*) qui sub sigillis confederati Belgii stipendia fecere, in Appeldora Velavisi pago, tribus circiter horis distante a Darentia, inter se conveniant, ut vino adusto tandiu se ingurgitarent, donec alteruter, qui ad bibendum minus esset fortis, morti succumberet: quibus prius iugiter, in eum demon potestatem haberet. Dum hac lege positæ, accidit mercatorem quemdam illic transire, quem minus coegerunt, ut tertium lege adjunderet: restitit ille satis, sed mortui metu inductus haurire cepit, interim cælum tacitis suspiriis implorans, ut ibi submitteret, a quo turpi hac servitute liberaretur. Et ecce! mox adluit audit: unde? non e celo, sed ex inferno, videlicet terribilis dæmon, qui duobus illis potatoribus cervicem fregit, eoque secum in gehennam abripuit.

10. En! mi Christiane, hæ sunt terribiles poenæ, quibus Dominus Deus implacabile odium, quo contra gulam, & ebrietatem fertur, testatum facit: Quid his auditis cogitant illi mercatores, & artifices, qui nihil se emere, aut vendere posse arbitrantur, quia pacta sua, & contractus crapula concutiant. Quid his auditis cogitant illi cives, qui baptisimum puerorum, assumptionem aut manifestationem simulorum, natalem suum aut suorum diem, Ecclesiæ dedicationem aut alia festa sine crapula celebrare opprobrio sibi ducunt? Quid his auditis cogitant nuptiales convivia, qui post choreas, & tripudia adeo sefe ingurgitant, ut Bacchicus clamor, & rixantium tumultus vesperi ad aliquot horas audiatur. Quid his auditis

ditis cogitant illi Nobiles, qui injuria sibi ducunt, nisi amici, quos ad prandium invitaverunt, vino oppleti, brutis quam hominibus, similliores insistant? O bone Deus! quam insipido estis & potus miserissimi hi bibones (suum temperantiam luent! Quaritis quoniam illo? Milium quidam, prout refert Cæsius l. 12. cap. 18. decumanus potator, repente obiit, & nocte ostium pulsans rediit. Surgens e somno janitor interrogabat, quis fores palfaret? respondit spiritus: aperite, ego sum Dominus hujus domus, simul nomen suum exprimens: Respondit janitor, Dominus meus mortuus est, non te intromittam! tunc spiritus totam domum instar teres motus conculsit, subintulitque: Ergo detis pices istos, quibus ego vescor, si filio meo! ecce ad portam illos suspendo: sic dixit, & abiit: mane in porta aliqui funt innumerabiles serpentes & balones! En iugationes! hæc in inferno erunt vestra etulencia! Proficite!

11. Epilopus. Quid ergo agendum? Ah! quidvis Deum & animas amat, omnem operam conferat, ut damnabile hoc vitium extirpetur: Empedocles Philosophus (*Laertius l. 1.*) ad convivium invitatus, cum ex invitante intellerat, certam vini mensuram bibendam, & quod supererit, in caput illius effundendum esse, tam indigne id tulit, ut posthinc concito concilio, & invitorem, cujus opera id de ereum erat, & symposiarum reum peregrit, & ad mortem dammarit. O si nostri superiores tam Ecclesiasticæ quam seculares eadem industria hoc vitium eliminare contendere, quam cito perniciosa incubandi consuetudo, ex qua mala pessima plurimæque oriuntur, extirparetur! Tu vero, mi Christiane, considera bene hoc periculosissimum, simul & nocentissimum scelus, cogitans, quantum homo ebriolus noceat sibi ipsi, quantum noceat proximo, & quantum noceat Deo, atque fieri non poterit, quin illud naufragæ, averlari, & fugere incipias. Amen.

Dominica XVII. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXVIII.

De abstinentia contrariis gals, videlicet abstinentia, temperantia & mortificatione.

Diliges Dominum Deum tuum, & proximum sicut te ipsum. *Matth. 22.*

Temperantia & continentia est signum boni Christiani, cui duplex involuntarium confert, tam corpore, quam animæ tenus.

1. Cum Henricus Albanensis Episcopus, & Cardinalis, qui erat ex Ordine Cisterciensi, a Clemente III. Romano Pontifice in Germaniam misissetur, ut ibi contra Sarac-

nos crucem prædicaret, assumpti secum itineris factos quosdam sui Ordinis Monachos & fratrem laicum convertimus. (*Cassianus l. 4. c. 69.*) Die quadam, cum simul equarent, voluit Cardinalis, ut unus aliquis e comitantibus fructum discursum proponeret. Et ecce! furs occidit supra fratrem laicum: Ille primo excusans, non esse conveniens, ut homo rudis & illiteratus coram doctissimis verba faceret, tandem ita exorsus est: quando post obitum deducti fuerimus ad paradisi portam, occurret sanctus Pater noster Benedictus, noque Monachos humiles ac cucullatos cum gaudio introducet: vito autem Henrico, Episcopo & Cardinale, mirabitur esse insulatum, esse purparatum, esse famulis stipatum, & superbo equo vectum, dicitque: Quis tu es? Respondit ille: Pater, ego sum Monachus Cisterciensis. Nequaquam subiaferet S. Benedictus, Monachum concitulum ac superbe palustratus non est! Tunc Henrico prolatis probationes pro se allegante tandem hujusmodi sententia ferretur: præcipit S. Benedictus ostiis, collocare eum relupinum in terra, & stomachum ejus aperite: si inveneritis olera incoacta, fabas, pisas, lentes, & cibos regulares, cum Monachis intromittatur: Secus autem si inveneritis cibos ad saculi morem delictos, & vina generosa, ille foris manebit: sic discursum suum prosequeratur frater ille laicus, & demum ad Cardinalem conversus subiecit: Quid in illa hora dicitur es pauper Henrice? Miratus est Cardinalem doctrinam ac zelum loquentis, & gratias agens salutarem ammonitionem, prout nullus dubito, in animæ suæ emolumentum convertit. Dilectissimi Auditoris: quemadmodum ad portam casti humilitatis & paupertatis erunt signa, caractéristica hominis religiosi; ita ibidem dilectio Dei, proximi, & sui ipsius, de quibus hodie nunc Evangelium agit, erunt signa caractéristica hominis Christiani, & sicut stomachus delicate ac opipare nutritus indicio est, illum non fuisse bonum Religiosum; ita & indicio est, hunc non esse bonum Christianum. Quare? Quia homo gastrimargia ac ebrietati deditus non amat Deum, non amat proximum, non amat seipsum, prout ultimo demonstratum fuit. Exemplum hujus rei habemus in divite Epulone, (*Luc. 16.*) qui amore Dei, amore proximi amore sui ipsius noluit ambitiosus luo ventri unam unquam miam subtrahere, quam rogabat pauper Lazarus, & ita, prout loquitur Petrus Chrysologus (*Serm. 111. Basilii epulis ferrea viscera tradidit nihil miserabilis.*) Quid sequitur?

2. Propheta. Hoc sequitur, ut bonus Christianus sim, ut Deum diligam, ut bonum celestis paradisi pro tali quoque requiritur virtus contraria gula, quæ est abdominalis, temperantia, & carnis per jejuniū mortificatio. Atque de hic virtute agit hodie nunc sermo; tanto opportunior, quia in hac septimana

manam incidit triduanum jejunium quatuor temporum . Ut autem ordinare procedamus ; videamus prima parte quid jejunium & temperantia proli copiosi, altera parte, quid proli anima, cum dicat Doctissimus Rabanus ap. S. peranz. punct. 91. *Tennis vultus tam anima ; quam corpori nullis est . Favete .*

§. I.

3. *Confirmatio .* Homo creatura media inter Angelos & bruta, cum Angelis utitur ratione, & cum brutis indiget cibo, id quod mendicorum quidam Alphonso Arragonie Regi insinuat : *(Egyp. Corozas de diu. Et facti mirab.)* conquisit est, se a duro exactore valde vexari, idque quotidie, & sine intermissione ob debitum grave contractum a parentibus, cum tamen parentes nullam sibi reliquissent hereditatem: Rex miserus hominis quaesivit nomen exactoris: tunc ait: hic meus stomachus est ille, cujus habito, quod indies a me exigit, satisfacere nequeo, Rex delectatus lepida hominis inventione, non imprudenter dimisit. Quamquam autem importuni exactoris debitor finis, moderandum tamen est debitum, ita ut nec in qualitate, nec in quantitate ciborum excedamus. Quantitatem quod attinet, oportet illam necessitati & exigentia commensurari, cujus rei exemplum in libro Exodi habemus: Israelitas, quando trigesima die agressi Aegypti consumptae erant carnes & farina, quas secumulerant, coepit penurire, quod ad Dei vocantis mandatum & servitute exierit: quapropter dedit ei Dominus Mannam, quod noctu abundantissime de caelis decidebat, praecipiente: *Collige ex eo tantumquod quantum sufficit, quomodo per singula capita . (Exod. 16.)* Quare autem Manna tam pacifice per singulos dies distribuebatur? Rationem dat Josephus apud Lyr. hic: *Ne ex cupiditate & gulae illi, qui debitoris erant, plus dolere vellent colligere, & debitoris alimenta privarentur.* En! quae moderatio cibi & potus adhibenda sit: colligendum est quantum sufficit, non quantum libet, ne dum ego abundo, proximus careat. Qualitatem ciborum, quod concernit, sint illi nec nimis laxos, nec nimis delicati; si enim ad mentem Platonis *(Plato in Phaedro.)* non est Philosphi circa delectationes gustas versari, multo minus illi Christiani est: Octavianus Augustus Imperator *(Sueton. in Vit.)* ordinare in cena non nisi tria, & quando abundantissime epulabatur, non nisi sex fercula adhibebat. In mensam Theodosii Imperatoris *(Petrus in Vita.)* nemo ausus fuit apponere remanentium liturum piscem, aut peregrini aeris volucrum. Romani etiam luxum & condimenta ciborum avertabantur; cum enim Marcus Antius *(Elian. lib. 4. var. hist.)* librum edidisset de condendis cibis, ea res quamprimum ad Senatam delata est, omnia libri exemplaria publice concremata sunt, & Antius certe mortem non effugerit, nisi fuga sibi consulisset. S.

Gregorius Lingonenis de Vit. PP. l. 7. panem hordeaceum in delictis habebat aliorum ciborum spiritus cupidus, & aquae tantum immiscebat vino, ut amisso colore, saporem tamen naturalem retineret. En in Christiane, imitare insignia hac frugalitatis, & temperantiae exempla, scis, quodaam est optimum ciborum condimentum? Labor: id quod insinuans ipse Deus dixit ad Adam: *(Gen. 3.)* In sudore vultus tui vesceris pane tuo, supra quae verba S. Gregorius Nyssenus de orat. Dom. ait: Deum praemississe sudorem, qui dulcissimum panem addidit condimentum: expertus est et Theodosius junior Imperator, qui, cum venatione fatigatus, & a suis segregatus divertit eremitam, ab coque pane, aqua, & olivis relictus est, discrete edidit: *Vate tibi assero frater, me nunquam in satiatione tanta cum voluptate cibum sumpsisse .* Hae quae incidunt, & preliminaris. 4. Jam vero nimis quidem certum est, quod temperantia & jejunium, eo ipso quod causas & semina morborum tollat, ad diuturnitatem vitae conducit: *In multis scis,* ait Spiritus Sanctus, *(Eccl. 37.)* *erit infirmitas.* Cum enim ciborum multitudine, non facile a virtute concitativa superetur, atque ita non sine cruditate in ventriculo haereant, si post breve tempus ingereris alios, concoctio impeditur, cum sere in modum, quo olla bulliens, si frigida superfundatur, fervorem perdit, ac languet. Verum si mensura in cibo, & potu servetur, firmatur corporis valetudo: unde testatur Plato l. 3. de Repub. tempore Homeri catarrham non fuisse cognitum, sed sua primum aetate notuisse, cum non semel, ut olim, sed bis in die comedere, imo commensari homines cepissent. Et Laertius narrat de Socrate, quod, licet Athenis saepe pestis grassata sit, ipse tamen sua frugalitate semper incolumis permaneret. 5. Sed quid in exempla Veterum excuro, cum apertissimis verbis asserat spiritus Sanctus: *Qui abstinent est, adjicit vitam,* idque clarissime patet in vitis Sanctorum? S. Jacobus Minor *(In Vita 2. Math.)* per omnem vitam viam, & carne abstinent ad nonaginta sex annos aetatem provexit, ne tunc quidem ex morbo mortuus, sed a Judaeis occisus. S. Antonius *(In Vita 17. Jan.)* in eremo solo pane & aqua, quibus in extrema aetate aliquid oleis addebat, corpus sustentavit, & ad centum quinquae annos vixit. S. Paulus eremitarum primpilus *(In Vita 15. Jan.)* quadraginta primis annis in solitudine paucis dactylis, & basili aquae, reliquis sexaginta quotidie dimidiato pane usus est, quem corvya aerebat, & sic ad centum annos & quindecim annos senectutem produxit. S. Romualdus *(In Vita 7. Jan.)* centum viginti vitae annos numeravit, ex quibus centenos in Religione nunquam ad saturitatem passus, incredibili signora tradidit. Deique Leo quisam Ergmita, teste S. Petro Dam. ep. 18. centum & quadraginta annos vixit, cum tamen nunquam sanguinem miqueret, aut medicinam sumperit.

Tacco

Tacco Paphnutios, Hilariones, Macarios, Arsenios, Simeones stylitas, & alios, qui non nisi pane, aqua, leguminibus, ac herbis, & quidem vix una aut altera vice in septimana reficiebantur, & tamen vitam ultra octoginta, nonaginta & centenos prolongaverunt. Quod si diuturnitas vitae non esset ex natura sua effectus frugalitatis & abstinentiae, esset revera ex beneficio Dei remunerantis virtutionem. Adolescenti cuidam Mexicano, pro ut enarrat Nadasi ann. Mar. num. 341. quia femina impura scelus persuadere non poterat, venenum saccharo felis perfudere non poterat, dulcem hanc escam jamjam involaturus juvenis meminit se ad die mortificationi, & jejunio in honorem Deiparae assuevisse. Abstinent ergo a saccharo, & ecce! dum potero die illum promit, comperit est impudice machinationis dolo, bellariis illis seu saccharo vermicibus foedam in modum frustantem, deprehensumque est, quod si heri fuit sumtum dulce venenum sumperit, ab illo certo certius extitit fuisse. Quare confessorium adit, peccationem adire, occurrit illi Propheta Elias, execrabile factum accusans, & Dei supplicium intentans, quo Achabum; & totam posteritatem exterminari iussit. Quid Rex ad has minas? scidit vestimenta sua, operuit se cilicio, & jejavavit: quae fructu? optimo! paulo post enim Dominum ad Eliam dixit: *Nonne vidi illi humilitatem Achab coram me? igitur non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus Filii sui.* Et ait hunc in locum S. Hieronymus lib. 2. contra Jovin. *Achab Rex impiissimus, ut sententiam Dei subterfugeret, & caetero domus eius differretur in posteros, jejuniu imitatus .* O mi Christiane, ostendit Deum tantum injustitia, impenitentia, luxuria, afflictive sceleribus? Menus Divina supplicia tam temporalia, quam aeterna? Vides Deum indignantis fulmina jam capiti tuo impendere, contage ad jejunium, & humilitatem seruet, ut promerit poena, si non penitus auferatur, saltem mitigetur, & differatur. O quam multi essent hodie & corpore, & anima infelices, nisi hoc remedio Divinae vindictae cervicem subduxissent.

6. Quanam sunt illa animae emolumenta? In primis extra dubium est, quod jejunium & abstinentia in persecutionibus & periculis singulari Dei profectione gaudet. Tres pueri Hebraei ab insolitam corporis venustatem, cui mirum modum disciplina, & rerum tam humanarum, quam Divinarum scientia accessit, a Rege Nabuchodonosor in aulam vocati sunt, decreverunt fuit, ut de propria ipsius Regis menta aleretur. At illi veriti, ne prohibita in lege Moysis gentium obsonia sibi apponerentur, rogarunt praefectum: *Dimitt nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum, (Daniel. 1.)* quodque rogarunt, tandem per instantissimas preces imperarunt. Quam abstinentie utilitatem reportarunt? cum superbus Rex itatum auream adorandam erexit, praefati juvenes, in nefandum idololatricae crimen contentae recularunt: urgebantur minis, iterum resistunt! Ergo iussu Regis in fornacem ardentem conjiciuntur. Et ecce! quod miraculi evenit? Lapidis Amiantum est et situra ac indoles, ut in igne non consumatur, sed primum ardentium speciem referens, pariter ac nitidior exstatur. Eundem in morem tres juvenes in jejuniu & abstinentie reanagationem ab aeterno elemento nullatenus lapsi in medis in flammis exultabundant: *Quia in hac locum S. Basilii, orat. de jejuni. cujus verba sunt: Talla erat Hierorum consora, qui jejuniu idamento, cum in*

Clavis Spirit. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

vidis amanti vim haberent, ab ignis injuria incolumis exsuerant. En! quanta cum providentia Deus protegat eos, quos jejuniu & abstinentia addictos videt, nimirum tanta, ut in gratiam eorum, si fieri aliter haud possit, inaudita profusa miscula aperetur. 7. Quodsi vero, mi Christiane, peccator & consequenter tam prodigiosa providentia indignus, imo potius supplicio dignus sis, scias velim, non esse potentius sciam, quo contra promeritam Numinis iram defendi valeas, quam jejunium. Exemplum caem in scelerato Rege Achab. Naboth cuius Jezraelita possidebat vineam palatio Regis vicinam, quam Rex pretio emere, & hortu suo adungere cupiebat. Recusabat autem Vir iustus in id consentire, propter legem, quae fundus ex alio quam paupertatis motivo vendere prohibebat. Quapropter Achab (3. Reg. 21.) induxit sceleratos quosdam, qui Naboth blasphemiae reum testarentur, & sic innocentem illum populari manu liquidari praecipit. Crudele piaculum! Cum ergo Rex vineae, Regali sisco addidit, possessionem adire, occurrit illi Propheta Elias, execrabile factum accusans, & Dei supplicium intentans, quo Achabum; & totam posteritatem exterminari iussit. Quid Rex ad has minas? scidit vestimenta sua, operuit se cilicio, & jejavavit: quae fructu? optimo! paulo post enim Dominum ad Eliam dixit: *Nonne vidi illi humilitatem Achab coram me? igitur non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus Filii sui.* Et ait hunc in locum S. Hieronymus lib. 2. contra Jovin. *Achab Rex impiissimus, ut sententiam Dei subterfugeret, & caetero domus eius differretur in posteros, jejuniu imitatus .* O mi Christiane, ostendit Deum tantum injustitia, impenitentia, luxuria, afflictive sceleribus? Menus Divina supplicia tam temporalia, quam aeterna? Vides Deum indignantis fulmina jam capiti tuo impendere, contage ad jejunium, & humilitatem seruet, ut promerit poena, si non penitus auferatur, saltem mitigetur, & differatur. O quam multi essent hodie & corpore, & anima infelices, nisi hoc remedio Divinae vindictae cervicem subduxissent. 8. Ratio autem, cur jejunium irati Numinis vindictam avertat; ea est, quia humilitatem hominem ad magnum poenitentiam, ad sublimem caelestium contemplationem, virtutisque perfectionem disposuit. Eliam iterum in testem voco! Tempore, quo laetitia fames terram Israel affligebat, abijt in desertum, ibique juxta torrentem Carith a corvis, (3. Reg. 17.) qui mane ac vesperae passus est, ac panem illi afferebant, tam opipare passus est, ut credam principes non minus jejunaie quam tunc Eliam. Porro post sublatam hanc terrae sterilitatem propheta incidit in indignationem Reginae Jezabelis, (3. Reg. 19.) quae mortem illi comminabatur, quapropter iterum in solitudinem profugiens,

D d totus

totus habitus, ac pullissimi sub una janipero recubuit. Et ecce! Angelus Domini attulit illi panem fubincinerium, quo gustato Propheta adeo confortatus est, ut in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus ambulaverit usque ad montem Dei. Commemuramus jam Corvi, & Angeli ministeria! utroque pascitur Elias, ea tamen differentia, quod corvus bis in die lautissimum mensam pane & carnisu fartam illi apponat, Angelus autem non nisi jejunium panem afferat? quae causa hujus rei? cur corvus officitor, Angelus apparuit illiberalior? an infirmior est Angelus corvo? atque sed hac est causa: corvus pavit Eliam, ut illi divitias Dei, suos in necessitate conferebantis, demonstraret: Angelus autem pavit Eliam, ut eum ad ascensionem montis, ac visionem Dei prepararet. Nota mi Christiane! Vis ascendere ad excellentiam fidem? vis ascendere ad firmam spem? vis ascendere ad ardentem charitatem? vis ascendere ad contemplationem Dei, magnamque virtutis perfectionem? opus est fubincinerio pane, id est jejunio & abstinentia, nemo enim unquam his sine remediis ad sublimem sanctitatis apicem eluctatus est, ait S. Cyprrianus de jejun. *Christi, cujus verba haec sunt: Quotquot vitum vitium vidimus, sine jejunio non legitime ascendimus, nec aliquod magnum malum fuit, nisi prius abstinentia praesensisset.* Haec certe de causa homines sancti ad scandendum sanctitatis fastigium non alio magis remedio, quam jejunio se preparant: S. Iacopus, *(Corn. a Lapid. in c. 11. Num.)* ut gulam domaret, absynthio quasi sale utebatur donec eo pervenit, ut cibi saporem in inum Deum referret. Aliquando appetitu bubulae carnis vexatus, eam quidem comparavit, sed tandem in cubiculo servavit, donec computresceret, & tum demum pessime olentem naso applicavit. S. Romualdus, *(S. Petr. Damiani. c. 72.)* siquando illum esculentioris cibi orexis turbabat, mox accurate illum pizzari praecipiens, ori & naribus admovit, captatoque odore inquebat: O gula, quam dulciter saperet iste cibus: vero ex eo nunquam gustabis: sicque intactum ad cellarium remisit. Sancti Martyres, prout testatur Iftacius Presbyter Antiochenus lib. de contemptumund. cap. 14. ea die, qua martyrii coronam praesolabantur, ne tormentorum vi ad defensionem tentarentur, ab omni cibo abstinebant, & sicut ad nuptias preparati, in jejunio gladii occurrere expectabant.

2. *Ephraim.* Omitto plura id genus exempla, & ad coronidem festinas, te alloquor mi Christiane, quae causa est, quod singularem Dei optimi M. ximi protectionem nec corpore nec anima tenus experiaris? non corpore, quia per infortunata & infirmitates res tuae retro fluunt: non anima; quia adeo in via Christianae perfectionis non proficis, ut quotidie magis deficiat, & cuius tentationi infernalis inimici

succumbas? Nimirum causi est, quia ventris cultui delicate addictus, omne jejunium, ac carnis mortificationem odisti, & averfari: cum dices eularis, aut vernam jejunium imminet, major per mille exultationes exceptionem praetendere, quam legi Dei, & ecclesiae te humiliter subjicere. Quid mirum, quod Deus a te recedat, d'abolus autem praevalet? Cum Bethulia ab Holoferne esset obfesa, Judith, ut patriam liberaret, egressa est in castra hostium. *(Judith 12.)* Quamprimum eam vidit Holoferne, amore illius instituit convivium plane regium; perque suam aulicorum praesentiam Vagao invitavit Juditham cujus concupiscentia ardebat. An comparavit? omnino comparavit? an comedit cibos ab Holoferne paratos? nulla ratione! sed *manducavit ac bibit ea, quae paraverat illi ancilla.* Dum Holoferne se mero ingurgitabat, & ventri, Deo suo, fecerunt victimas immolabat, Judith sobrietate & abstinentia praebatur, sibi apud Holoferne videbatur Bacchi ingulvies ferulicis & poculis nutrita; hic apud Juditham ceterbarum frugalitas, prae hordaceo, & caseo arido pasta: cur autem sanctissima femina adeo mortificationi, ac inedia studuit? ut se contra luxuriosum hominis insidias roboraret: ut de libidine triumpharet, & victoriam sibi pareret: an consecuta est, quod intendit? Omnino! Holoferne vino & somno sepultum vicit, & obruncavit. Dico, mi Christiane, & abstinentia non superabis stygium Holoferne, non domabis libidinem, non eludes tentationes, non frueris Dei auxilio, non diliges Deum; non proximum tuum, non teipsum, nec consequeris salutem, &c. &c.

Dominica XVIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXIX.

De vitio iracundiae, ejusque damnosae effectibus, penis & remediis.

Quidam de scribis dicebant intra se: hic blasphematur. *Matth. 9.*

Ira est damnable vitium, quia triplex malum, videlicet omnium totius mundi, quaedam scelerum, & vitiorum saepe irreparabilis causa.

Angelicus Doctor Thomas 2. 2. qu. 158. art. 2. ubi maxima, quae solet, evidentione de iracundia, ejusque gradibus agit, hanc comparationem in medium profert: sicut tumultuosa tempestas, quae nigricantibus nubibus calum obdaxit, primo nigilante sereno, tonitruis mugire, denique subito nubis ferire, & integras turres ac montia hergere incipit; ita ira facit, initio bilivolum rancorem in animo concepit, dein in contumeliam, injuriamque

tonitrua erumpit, demum etiam ad vulnosa & caedes progreditur. Exemplum habemus in hodiernis scribis & Phariseis: dum audiant Christum paralyticum, quem postea sanavit, remissionem peccatorum promittere, tenerianum blasphemiam judicium concepit: *divocavit intra se: hic blasphematur.* En fulgura: Paulo post cum disputantem, & salutaris documenta populo proponentem audient, illum tanquam seductorem, & demonis contubernalem calumniantur. En verborum tonitrua: Denique cum miracula operantem, coecos illuminantem, & agrotos sanantem, & mortuos resuscitantem videbant, tanquam maleficum in vincula trahent, & ad mortem crucis condemnabant. En fulmine: Haec sunt operationes & effectus irae, quae si semel exarierit, non acquiescit, donec inimicum, a quo laesum se arbitrat, e medio terrae, uti saltem illum humiliter, denigret, & toti mundo invisum reddat. Quo autem fructu? quo lucro? quo emolumento? Profus nullo; haec est enim hujus vitii ab aliis differentia, & major praeter ceteris infelicitas: superbia saltem putativum honorem consequitur: avaritia crumenam, gula stomachum saginat, luxuria spurca voluptate, aedia mundi gaudiis fruatur, ac ira Dei gratiam, ac conscientiae tranquillitatem prodigit, quia emolumentum recipit, praeter vitium illud, quod in insanis vindictae delectatione consistit. Sceleratus Calta, *(Gen. 4.)* cum sacrificium fratris Abel Deo placere, suum autem displicere conspexit, crudeliter iram adversus illum concepit, sub specie amicitiae ad ambulationem in campum invitavit, & ibi occidit. Quid cur Cain fratrem non interfecit in paradiso? cur foris? cur in agro? Respondet S. Ambrosius, Homo de Cain & Abel, tantum crimen commisit debuisset in loco sterili, ubi fructus defecet: paradisi erat pulcherrime fecundus, & fructuum ferax; igitur exeundum erat, ut ipsa loci sterilitas Caino exprobraret, quam nullam ex fratricidio utilitatem referret, imo quam grande Divinae indignationis & exilii damnum incurreret. *Nos debet terra fructuum suam; & terra me solum a facie terra.*

2. *Proposito.* Quoniam ergo sunt illa detrimenta, quae ira secum fert aut post se trahit? Dicit id S. Bonaventura, in Diet. cap. 5. ubi differens de ira sic loquitur: *De ira nota peculiariter tria; scilicet odiosum ejus effectum, vitiosam propagationem, & ranciosam perniciem.* En materiam! En diversionem! Prima parte discutimus quam execrabilis sit ira toti humano generi: altera parte, quae scelerum monstra parituri: tertia parte, quae damna saepe irreparabilia causet. Attendite! Favete.

§. I.

3. *Confirmatio.* In primis S. Bonaventura ira attribuit odiosum effectum, nemo enim est sapiens, qui non ex naturalis instinctu averfionem

gerat adversus iracundum. *Noll' est amicus homini iracundo; nemo amicus cum viro fucioso,* monet facer Proverbialiter, *(Proverb. 23.)* cuius moniti causam statim subnectit: *Ne forte dixerit frater tuus; sicut enim canis latrans (Corn. a Lap. hic) alterum canem ad latrum provocat: ita habet ab experientia, quod homo bilivus ipsa familiaritate bilivum, rixosum & litigiosum, lum faciat.* Aliam rationem, cur homo iracundus fugiendus sit, assignat Auctor libri de amicitia c. 12. apud S. Augustinum, Tom. 4. quia iracundus ad jara & leges amicitiae servandas ineptus est: eo ipso enim, quod fit insibilis & suspiciosus, difficile fieri poterit, ut exagitate iracundia non aliquando insurgat in amicum, atque ejus nosas, aut animi secreta fibi concedita non divulget. Tertiam rationem, cur iracundi sagendi sint, subnectit S. Basil. Homo de ira, quia videlicet iracundus omni humilitate ac respectu caret, & cum saevae exarferit, non venerandam canitatem, non vitium, non generis propinquitatem, non praeterita beneficia, nec aliud quicquam respicit, ut veneratur. Cum anno 1640. Portugalli excessu Hispanorum regimine proprium fibi regem constituerent, *(Thesa. trag. lib. 40.)* & jam in tota urbe populi rebello fererent, Carolus de Norona cum armata militum manu arceam, in qua Margarita Sabauda, Hispaniarum Infans & Portugalliae Vice-Régina habitabat, ipsumque cubile principis occupavit: illa generose obviam militibus progressa sua auctoritate tumultum compefcere voluit, praecipite militibus, ut depolitis armis obedientiae legitimi sui Regis subsisterent. Verum milites obturaverunt aures, & Carolus in faciem illi edixit: Non esse de tempore hac praecpta, facerent quocumque ex arce, ni deteriora experiri vellet. Ego deteriora? quarebat Princeps: & Carolus: Ita tu! Et quanam illa? Ita, subinferebat iratus, ut te per fenestras projecimus: His auditis Margarita furori sedendum esse rata in separatam habitationem recedens, novo Regi eam reliquit, gratia instar reputans, quod vivere permitteretur. En! quam iracundia nullum etiam supremam dignitatis & debita submissiois reverentiam habeat, consequenter ad sinceram amicitiae leges inepta sit, monente Spiritu Sancto: *Noll' esse amicus homini iracundo.*

4. Sed quid moneri opus est, quod ipsum naturae lumen docet? Cuius rabidus semper fonsivagus vadit, upete, quem homines & iumenta tanquam pestem legunt: edit nonnunquam tanquam ebrius, & currit aperto ore lingua pendente, & Uvula defluente: oculi habet rubicundos, quos licet ferat apertos, in omne tamen obtaculum instat coeci impingit: contra omnem rem regnans, & ipsam sibi ipsius umbram allatans. Cui rabido similis est iracundus, ait Joannes a S. Gemignano, in summa l. 5. c. 73. currit aperto ore, quia maleficiofus, & verba injuriosae proferre non desinit: lingua

quam extra os pendulam habere videtur; quia salvia sapientia & discretiois deluente illam cohibere non potest; oculos habet rubicundos propter vaporem sanguinis ascendentis in faciem; quasi occus ubique impingit; quia in omni verbo; vel risu, vel alio gestu offenditur; & contra omnia, quae videt vel audit, tumultuose repugnat. Quid mirum, quod ejusmodi iracundiam nemo sapientum non fugiat, & declinet? si adulescens sit; nemo virginum illum duceat in sponsam, quem paulo post rixis & pugnis occubitarum metuit: si virgo sit, nemo juvenem illum uxorem volet, a qua non nihil lites & jurgia expectat: si herus sit, neminem famulorum acquirit: si famulus sit, a nemine Dominorum in servitium suscipitur. Verbo est caeteroquin formosus, dives, literatus, ac gratiofus sit, nemo affectabit ejus familiaritatem, & conversatio cum hominibus est occasio, ac subsolum ira: sunt enim bardi, sunt incoli, sunt inhumani, sunt ad omnia inepti: quis non exardescet? Erras mi bone! culpam, quae penes te est, alteri impingis! Monachorum quidam ex natura sua inquietus (Ex lib. Doct. Patr. de patient. num. 6.) cum fratribus in Monasterio dissidioso vivere, & pacem domesticam frequenter turbare solebat: ergo a superiore licentiam petiit, ut procul a fratribus solitarie sibi habitare liceret: impetrato, quod petiit, egressus est in speluncam. Die autem quadam, cum hydriam, qua aquam de puteo hauserat, in terra collocaret, contigit, ut illa evertretur: actuali aquam secunda ac tertia vice, & etiam secunda ac tertia vice hydria eversa est: tum vero furor commotus arripuit vas, illudque terrae illisum in mille frusta dissipavit. Post unum vel alterius horum intercaspidem reversus in seipsum dixit: Ecce solus vivo, & vincor a vitio ira! non igitur fratrum cohabitatio, sed mea maligna indoles, & pessimus demon in culpa est, quod irascat: sic loquens secum ipso, reversus ad Monasterium, studuit mortificationi, & tu, mi Christiane, habes responsum ad tuam objectionem? Elio homines esse bardos, esse incoltos, tamen tamen est, aliorum errores ac patientia dissimulare, qua tuos ab aliis dissimulari exoptas.

§. II. Grandia scelera, quae ruinas saepe irreparabiles causant.

6. Alterum insanam effectum, qui ex iracundia consequitur, dicit S. Bonaventura, esse *iracundiam profectivam*, indicibile enim est, quae scelera monstra iracundia perturrit. Ejusmodi scelera monstra enumerat sanctus Basiliius, iniquis Homil. de ira. Ex ira sequitur dolus, & suspicio, insidelitas & malignitas, insidia & audacia, rationis tenebrae & oblivio familiaritatis, principium bellorum, & plenitudo calamitatum. Quo stylo pergens S. Augustinus ser. 9. ad Frat. ait, ab ira proceditur ad rancorem, a rancore ad odium, ab odio ad ho-

micidium, & quicquid detestabile excogitari potest. Praecipue vero ira ad vindictam & blasphemiam propender. Videamus.

7. Quid humanae negotiationi utilis est maris? portat & reportat navigia cum ingenti lucro: verum cum coorta tempestate effervere ceperit, & lutum, & arenam, & absorbas navigia, & piscium, hominumque cadavera non sine maritimarum urbium periculo in litus ejectionat. *Topii*, ait Propheta Isaia, id est iracundi, quasi mare fervens: (Isa. 57.) aliquandiu amice favent, illique obsequiosa charitate blandiuntur; verum cum tempestas oritur, volodi- cense, cum occiso alicuius offensa conlatis, terribilem vindictam coeunt, atque omnem favorem ac amicitiam non sine grandi amiet detrimendo ex animo eliminant, ac ejiciunt. Postquam Rex Saul infelicis morte defunctus est, (2. Reg. 3.) Bellidus Abner Isobethum, filium Saul in regale solium eiecit, eique armorum potentia undecim populi tribus subiecit, Davide supra unicum tribum Juda regnante. Accidit dein, ut Isobeth in Ducem Abner ob padendi amoris commercium, quod cum Retha Regis defuncti pellice habebat, graviter inveheretur, & ecce mox Abner abjecto omni amicitiae affectu juravit per Deum, quod Isobethum opprimere, & amulo Davidi regnum ac coronam stabilire velit. Hoc factum Deum, *Abner, quae hoc adhae ei? nisi quomodo invenit Davidi Davidi, sic factum cum eo.* Sed quare an scivit in principio Abner, regnum Israel reperi Davidi ex iuramento Dei? scivit utique, respondet Abulensis q. 6. in 2. Reg. 3. cur ergo nunc primum ad partes Davidis transit? Ob offensionem conceptam ex culpatione Isobeth; ait enim sacer textus, quod fuerit *invisio ob verba Isobeth*. En quomodo ira, ob lesionem etiam iustam, quod fuerit invidiam, & omnem felicitatem amici, non atenta quorumcumque beneficiorum receptione, evertere studeat: Recte enuciavit Philoophus Aristot. ap. Strobum ser. 18. sicut adamas, si constringatur, in minutissima frusta dissilit, ita acerrima necessitudo, si dirimatur, in summam veritatem simulatorem, & ex fcederibus, si rumpantur, maxima nascuntur dissidia. Verum tolerabile id malum foret, nisi ira in ipsum Deum insurgeret.

8. Augustus Imperator, (Mareb. Vrb. Sacrae 17. 9. lib. 2.) cum quondam in mari gravi tempestate jactatus, vitae periculum vix evassisset, Neptunum maris Deum ad certamen provocavit, ejusque imaginem e Deorum numero auferri iussit: quo laico superstitioso gentilis ac offensus Dei vindicta, nescio quod grande infortunium metebat. Quid dicam de vero Deo, cali teraque Domino? an mirum nobis videatur, quod bella ingruant? quod hostes nostris prevalent? quod phelentes morbi crebrescant? quod terra sterilecat? quod segetes grandibus attenuantur? quod denique calamitates & infortunia quotidie crescant? culpa est peccatorum, qui

qui terribiles blasphemias adversus Deum exspunt, & illius supplicia provocant: Obscuri quondam Moguntia (Marebans. lib. 1. c. 6. lib. 2.) impetorem illius aetatoris, qui, cum omnem pecuniam lulu perdidit, tanto furore correptus est, ut post gravissima convicia, ac horrendas blasphemias in Deum, sanctosque calites proterus, ipsas denique in sacello quopiam Christi crucifixi, & B. Virginis status aggressus, gladio in multas partes dissecerit. Ex quibus vulneribus, cum non aliter sanguis, ac si viva essent corpora, proflueret, ipse attonitus tandiu stetit, doque in flagranti deprehensus, & paulo post rogo exustus est. Obscuri, inquam, viri Moguntina in solens facinus, nunc autem quid audiat frequentius, quam juramenta & blasphemias contra Deum, & Sacramenta? conveniunt incauti Satyri in popinis, & gurgustis, bibunt, saltant, ludunt, desunt, cum comulent in rixas exardescunt, tam malefidos latratus contra Deum, & sanctosque eruciant, ut clare appareat, illos esse de numero reproborum, quia linguam infernalem tam expedite loquuntur. Quae poterit esse fors nostra, ubi tanta flagitiorum enormitas impune dominatur?

§. III.

9. Denique iracundia, ad iracundiam sancti Bonaventurae, post se trahit *enimiam pernicem*; quis enim explicet, quae damna ac calamitates ira tam irascitur, quam Deo, ac toti Ecclesiae irroget? sicut ruinae una cum domo & suppellectile, quam opprimunt, pariter franguntur, ait Eruditissimus Stapletonus, text. 7. in Dom. pisti ira iratus non tantum alios, qui bus irascitur, sed etiam seipsum laedit. Quomodo? & qua ratione? In primis ledit illum animam tenet, quia ut loquitur S. Basiliius, Hom. 10. ex var. hominem non hominem, qui rationis compos fit, esse sinit. Iratus migrat in leonem; rugit: migrat in lupum, ululat: migrat in canem, latrat: migrat in serpentem, intoxicat: migrat in tygri dem, rapit ac dilaniat. Nec minor est ferocia irae in corpus, cuius valeudinem, ac vitam destruit. Sicut apes eodem tempore, quo auleum alitis insigunt, simul quoque seipsum interfocunt; (Mans. Discep. num. 6.) ita iracundi, cum alios laedere, ac pessumdare conantur, gravissime sibi ipsis insidiant, ac valeudine nocent. Zelus & iracundia minime dicit, sed ante tempus sentiam adhaere cogitant, ait Ecclesiasticus, cap. 30. Perge igitur, perge mi Christiane, iracundia habenas laxare, brevi furete, & vivere simul defines, frons tua, quam modo exalperas, paulo post lethaliter frigidescere incipiet: capilli, qui nunc furore eriguntur, cantiem inducent, oculi, quibus nunc livide proximum intueris, obtenebrabunt: gena, quae nunc ardent, pallescent: vox, quae tumultuose obrepit, deficiet: manus;

quibus ad rixas convols, ex sanguis acquiescent, & denique foream, quam alteri fodis, tibi vel pillo aperiet! Quis Mathiam Regem Hungariae interfecit? (Mans. disc. 9. de ira n. 6.) Ira! cum enim, adventante Regis Galliarum legato, famulus praeciperet, ut recentes fides in mensam apponerent, & isti nullas puresse responderent, adeo ira excaudat, ut subito apoplexia mortuus conciderit. Quis Wenceslaum Bohemorum Regem interfecit? Ira! cum quemdam, cui indignabatur, morti adjudicare parabat, ita furore superatus est, ut paralyti convulsus, ac membrorum officio destitutus, in terram mortuus procciderit. Quis Imperatorem Valerianum interfecit? Ira! cum enim Sarmatarum legatis pacem rogantibus intellexit, eos illos ipsos esse, quorum auctoritate suam imperium creverat, ac duritatis bellis fuerat infestatum, adeo stomachatus est, ut nuptis artibus sanguine exhaustus, hami mortuus coernerit. O quam longe consultus essent miseris isti, ira vim inferendo, quam ire vim perferendo? sed quomodo de mansuetudinis exercitio, de mortificationis remedio, de passionum dominio, de gratiae adjutorio, de sui ipsius victoria nihil noverunt, aut nihil nosse voluerunt, praecox morte abrepti sunt, similes vasti testaceae, quod cum vacuum prunis ardentibus imponentur, subito dissilit & dirumpitur, proci inuait S. Bonaventura, in diat. sal. tit. 1. c. 5.

11. Adhuc perniciosior ira est, cum non tam sibi ipsi, quam Deo & Ecclesiae nocet, atque denique eo usque exerceat, ut suum vindicandae prurum celo, & animarum salutem praerant. Imperatrix Eudoxia (Mans. disc. 3. de ira n. 9.) ex concionibus S. Chrysolomi ostensam feda rata, contra sanctum Praesulem implacabile odium concepit: illum hereseos coarguit, idque apud regni proceres effecere conabatur, ut Chrysolomus in exilium proficeretur. Hunc in finem totius Orientis Praesules, ac praesertim Epiphanius Cyprae Episcopum praemis & promissis in suas partes trahere fastegabat, sed incaffum; quippe sanctissimus Vir faste imperavit, ut Joanni reconciliaretur. Quid egit concors furia? Respondit: Nisi tu, Epiphani, advenas in tuos exilio multetur, ega clausa idolorum templa aperiam, omnibusque adoranda proponam! Exhorresco referens: an enim, malitiosissima mulier, ac decimas Apostolorum laxares, an tot Martyrum sanguinem, an SS. Doctorum scripta & libros, an ipsa Christi merita conculeabis? Conculsabis in totius regni pernicem revocabis? Revocabis, an tot miliones animarum infinito Divini sanguinis pretio redemptas inferno consignabis? Consignabo, dummodo vindictam capiam, & unum hominem periam. Ead. eoque progreditur ira insania, ut pro vindicta dulcedinem totius Ecclesiae, cali & mundi ruinam non curet.

12. Epilogus. O mi Christiane, disce per-

niciolo hinc vitio capistrum injicere, & animi passionem edomare: observa monitum Apostoli dicentis, (Rom. 12.) *Date locum irae: fuge precipitantiam, & cum tarditate ac intellectu operare; quia utique praestat sibi ipsi discretæ mortificationis remedio vim inferre, quam ex mala praeholari, quæ ex ira oriuntur.* Quænam sunt ea mala? consistunt in eo, quod ira hominem iracundum toti mundo exolum reddat, quod terribilia scelera monstrâ parturât; quod irreparabilem corporum, & animarum ruinam adornet: urfus ab apicula ictus (Langius in Polyarch. f. 604.) in cum furorem exarhit, ut in apiarium & alvearia involans ea depopulari sit ausus: verum suo malo; quippe apes plene agmine in ursum irruentes, millenis aculeis illum confecerunt. Tunc ille plenus doloribus, iræ penititudine secum ipso: O quanto fatius fuisset, unius apiculæ (cum pari, quam totum exercitum consistat) sic lamentari milleni alii possent, qui iræ stimulus effertat & sibi, & proximo, & Deo grande malum adornarunt. O quanto fatius fuisset, me ipsum vincere, quam cum meo probro, cum familie danno, cum Dei offensa, & proximorum scandalo tantam parare tragediam! &c. &c.

Dominica XIX. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXX.

De triplici ira, cordis, oris, & operis, ejusque damnis ac remediis.

Res autem cum audisset, iratus est.

Matth. 23.

Sicut iusta ira predest; ita injuste nocet.

1. **C**um sancti Patres ac Scripturarum interpretes per Regem hodiernum intelligunt Divinum Patrem, per sponsum Incanatum Dei Filium, per nuptias Evangelicæ doctrinæ, & Sacramentorum, præsertim Eucharisticæ convivium, per famulos Moysen, Prophetas, & novæ legis sacerdotes, adeoque cum totam parabolam sanctissima symbolizatione interpretetur, venero justissimam Divini Regis iram, qua transgressores in convivio comparare recalcant, id est, Judæos ac peccatores severissime punivit, ac perdidit. Nichilominus ex hac iusta ira, ut viam materiam, quam prius manibus habemus, aperiam, argumentum duco ad injustam, & dum videro famulis militatam, hæc non vestium veste nuptialis in tenebras exteriores eiecimus: mecum ipso conficere sanctos effectus, & animarum ruinas, quæ ex ira & vindictæ studio hætenus consecutæ sunt, & diabolo strenue cooperante hodiernum consequantur. Dum im-

perante Henrico III. eodemque in urbe Moguntina festum Pentecosten peragebat, (Marianus Tub. sacra. tract. 6. lect. 2.) familiares Archiepiscopi, & Abbas Fuldenfis propterea precipitantiam, de qua contendebar, manus conferent, templi pavimentum effuso utrinque sanguine conspersum fuit: at vero mox Episcopis, & aliis convolutantibus, pax inter dissidentes composita est. Cumque post templi profanati iteratam benedictionem Missa solemnans in eodem celebraretur, ad verba illa: *Hunc diem gloriosum fecisti*, audita est vox in aere resonans: *Hunc diem belliosum ego feci*. Audiens hæc piffimus Imperator, facile sibi persuasit, hanc vocem demonis esse sibi applaudens, iustique ad lautissimum convivium sibi & ancillæ paratam pauperes convocari, quibus ipse met sub manibus ministravit. O bone Deus! si delicta per iram precipitantiam commissa pijs ejusmodi convitiis compensari semper deberent, nemo lautius, magisque epipare commessaret, quam pauperes & videremus quotidie famulos ad exitus viarum excurrere, inopes convocare, & Dominos ministrare. Quænam autem sunt ea damna, quæ ex ira precipitantia consequuntur?

Est autem ira triplex.

1. **Proposio.** Id ex hodierno sermone patet, ubi iuxta proportionem triplicis effectus iram tripliciter considerabimus, videlicet iram cordis, iram oris, & iram manus; conformiter ad mentem Bellovacensis, ubi ait: Ira auferit imaginem Dei & imprimit cariditatem hereticæ, sed diaboli: *Itæ auferat imprimatur in corde, quando mens inartificosa parvitas: inspiratur in fronte, quando per linguam extrinsecus demonstratur: imprimatur in manu, quando ad proximi læsionem manus extenditur.* (Vincen. Bellou. in spec. part. 2. cap. 3. dist. 10.) Attendite Favere!

§. I. Ira cordis.

3. **Confirmatio.** Per iram cordis nihil aliud intelligitur, quam odium, & animi rancor conceptus ex offensa læpe levissima, aut omnino imaginaria. De struchione dicitur, quod stomachum adeo valentem & calidum habeat, ut ferrum & æs concoquere possit; inter homines autem inveniuntur stomachi tam imbecilles & delicati, ut unicum aculeatum verbum aut actionem minus officiosam devorare non valentes, ejusmodi injuriam integris mensibus & annis in corde conservent, & illam vindictam opportunitatem querant: si puer minus agilis est, si tepidior aqua porrigitur, si turbatus sit thorax, si mensa negligentius posita, ait Seneca l. 1. c. 23.

4. **Rancorosus Aman** (Eph. 3.) inter omnes Regis Affueri Optimates primatum tenuit, tan-

taque erat ambitiosus, ut cum in conclave Monarchæ ingrederetur, cuncti servi Regis, qui in foribus palatii versabantur, genua flexerent, & Aman adorare deberent. Verum Mardocheus Rexis Esther nutritus & tutor hoc genulionis officium, solum Deo debitum, prætare recusat: & ecce! Aman iratus est valde, atque in vindictam sui contemptus impetravit a Rege mandatum, ut per omnes centum, viginti septem provincias, quo Affueri potestas se extendebat, omnes Judæi una die interficerentur: Mardocheo autem quinquaginta cubitorum patibulum erigi iussit, quo altera die suspenderetur. En rancorem! en stomachum infensum! quid autem evenit? dum rabidus canis lapide impetitur, ait Berchorius, in Diâ. V. Vindicta, in lapidem sedit, & dentes sibi confringit: parem in modum Aman sibi nocuit, quem inimico: accusante enim Regina, & præcipiente Rege suscipiens est in patibulo, quod paraverat Mardocheo, sicque, prout loquitur Cornelius a Lapide, in Esth. cap. 4. v. 4. *Deus injustis iudex & vindex vindictam omnem Amari in ipsum recipit.* Sic hodiernum sit: homines iracundi ob levem injuriam, quam se recepisse arbitrantur, diu noctuque vindictam coquant, cogitantque, quomodo par pari rependere, & supplantatum adversarium ad infamam inelicticam redigere valeant, sed disponente Deo ordinare in foream cadunt, quam alteri parare student. S. Ambrosius (Sanebez. reg. Dei p. 4. c. 4.) quemdam Macedonium inviserè, rogareque venerat, ut pacem cum inimico componeret, sed ille sancto Episcopo portam domus in faciem occultit. Postliminio Macedonium certi delicti causâ quærebatur ad tribunal: cum ergo insequentes apparitores fugere, & in Ecclesiam intrare vellet, porta illi pariter occlusa, & ille in vincula tractus fuit. En! quam verum sit illud Ecclesiasticum: *Qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam.* (Ecclesi. 3.8.)

5. **Quam indignam autem sit & inconveniens homini Christiano vindictæ ardorem in corde fovere, satis edocere nos potest unicus Crucifixi Redemptoris intuitus!** In ille cali, terræque Monarcha, cui vindicandi facultas deesse non poterat, inter extremos mortis singulus pro persecutoribus orat, & tu diris devoves? ille verbera, vulnera & mortem sustinet, & tu nec verbum dissimulas? ille pro perditos cupis? an hoc decet Christianum, id est Christi imitatum? S. Carpus Cretenis Episcopus (S. Dionys. Areopagi ep. 8. ad Damph.) in convertendis gentilibus non minus, quam in convertis in sancta fide conservandis impigre laborabat, factum est autem, ut unus aliquis ex neo-convertis ab impio sacrilegulo ad idolorum cultum, id est ex ovili ad lupi lænentum reduceretur; unde sanctus Vir, cum hinc apostasi delicto, & orto esunde scandalo ex intimo corde condoleret,

nec compendandi erroris remedium inveniret, rogavit instantissime Deum, ut aruncum tam seductum, quam seductorem in aliorum exemplum ac terrorem caelesti vindictæ placeret. Aliquando in somno vidit prægrandem puteum, in cujus fundo serpentes & dracones nidabantur, in superiori autem putei ore duo illi æquam luctabundi pendebant, & agræ se manibus a lapsu præservabant. S. Carpus latabatur eorum infortunio, optabaturque, ut duo illi demonis satrapæ quocumque in inferni fauce prolaberentur: interim dum oculos in calum erigit, videt Christum Dominum immensa Majestate circumdatum, qui peccatoribus illis extensam manum in auxilium porrigens, simulque sanctum Episcopum intuentis ajebat: *En! paratus sum iterum pro salvandis his hominibus mori.* Quid ad hæc S. Carpus? erubuit laum herorem, didicisse & suis & Dei offensioribus compati, ac omnia bona precari. Utinam & tu mi Christiane, id disceres.

§. II. Ira lingus seu oris.

6. **Per iram oris nihil aliud intelligitur, quam imprecandi, ac maledicendi pruritus, quo sepe iratus exaltante bile contra injuriantem horrendum in modum invehitur.** Quomodum pia præcessorum nostrorum cura laudabilissime ordinavit, ut in tota Christianitate erigerentur schola, in quibus juvenus in principis fidei, salutique remediis imbueretur: ita & diabolus, qui charitatis finia dicitur, suam habet universitatem, in qua discipuli non virtutem, sed vitium, non orare, sed maledicere doceantur, etique apud novullos tam insolens maledicendi assuetudo, ut de illis Psalmista locutus fuisse videatur: (Ps. 13.) *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est.* In primis iracundus homo maledicere rebu inanimatis, v. g. cum rem quæstam non statim invenit, cum tempestatem minus faventem conspicit, cum labor male procedit, cum vitium frangit, cum pedem ad saxum alidit, aut aliud quid minus fortunatè facit, statim in fulmina & fulgura erumpit, ac mille diabolos ab inferis evocat. Quod autem ejusmodi maledictiones elementis, ipsique rerum naturæ grande nocumentum inferre possint, perpicuum fit in montibus Gelboe, qui postquam illis Rex David diras dixit, non a pluvius, nec a rore amplius humectati, sed ad æternam infocunditatem redacti sunt. Quid minus ergo, quod hodie naturæ ordo invertatur, & terra sterilitas, times, ac inopia magis magisque increset? maledictiones corruptum elementorum fecunditatem, Deinde tractudus homo maledicet etiam rebu animatis, uti pecudum gregibus, Balam, cum ad regem Balac proficisceretur, & componente sibi Angelo, falaciter acriter confiteretur, *iratus rebus omnibus, sed non sibi latera ejus.* (Num. 22.) nunc autem agricola, cum bores in aratro recalcitrant, auriga cum

cum equi haud bene procedunt, eques cum iumento vestigio vult, pastor cum ovibus gregem exerrat, mox salmna, tonitrus & mille diaboli illis impetrant. Quid mirum deinde quod miseri greges dominus suis nullam emolumentum reddant, sed potius contagiosa lue, morbis, ac moribus pestifundent? tu putas hoc infortuna a strygebis & sagis causari, ego autem mihi persuadeo, illa ab imprecationibus, & maledictionibus, quae bilioso astu effunduntur, originem trahere. Tertio iracundus homo maledicit etiam proximo, ita, ut S. Antonius Florentinorum Archiepiscopus p. 2. tit. 7. c. 5. §. 3. ingentem ejusmodi maledictionum catalogum recenscat: *Mors occidat et talis aut talis infirmitas accidat tibi! pestis vel febris sit tibi! manus aut pes frangatur! diabolus habeat animam tuam!* & quae sunt similia. Quantum autem efficaciam id genus maledictiones habeant, patet in adulteris mulieribus, quae cum in veteri lege in committit criminis suspicionem adducebantur, probationis causa potum a sacerdote maledictum haurire debebant: si innocens erat forma, nil potus illi nocuit: si nocens, omnibus artibus contremiscere, intumescere, & rumpi videbatur. Cum ergo haec maledictiones eandem hodie efficaciam retineant, quid mirum in mundo toto morbos, tot febres, tot crurifragia, tot contracturas, tot miserabiles personas inventiri? Quarto denique terribilissimum est, quod ipsi parentes, cum ira incandescent, suscipiunt filios maledicant: O quot exinde calamitates, sa infortuna!

7. Quaezto agitur inter auctores, unde aethiopes, qui nigredine sua potius demones, quam homines referunt, originem ducant? Alii qui nigricantem colorem referunt ad solis aestum; cum enim Africani populi sub Zona torrida habitant, fieri haud aliter potest, inquit, quam quod a sole, qui directe supra eorum capita fulgurat, instar carbonis aduratur, & densigetur. Verum alii improbant hanc rationem, dicuntque in Asia, & America inventi populos, qui haud minus a sole uruntur, & tamen albeant. Hinc Genebrardus l. 1. Chronolog. opinatur, hanc aethiopicam deformitatem non tantum a sole quam a maledictione Noemi provenire, quam post diluvium oropalatus, & turpiter de quaerens supra filium suum Cham fulminavit, ita, ut ejus filii & nepotes, deinceps ad meridionalis plagam delati, nigricantes fuerit generi, & hodieum nascantur. Nec inepte sic argumentatur Doctissimus Auctor, (*S. Aug. l. 20. de Civ. Dei cap. 8.*) constat enim ab experientia, quam trinita spectacula parentum maledictio in filiis causavit. Mater vidua, cum a decem propter nullam obedientiam, reverentiamque exproberetur, impatiens in his voces erupit: *vellem, ut utque in diem obitus nulli quiesceretis, & ecce! liberi omnes tota vita cum suis artibus contremuerunt!* uno excepto, qui ad tumulum S. Stephani liberatus est. Filius quidam

hebraicus, (*Gen. in Vita S. Zorab.*) cum noctu aliquoties potum magno clamore rogaret, indignatus patens, attulit illi hydrium, simulque impetratus est, bibe ut simul diabolum imbibas, & ecce! mox filius a malo demone oblectus horrendam cruciati, ac ejulare cepit. In Archiepiscopatu Moguntino (*Dionardus Mercator Nuel. Car. lib. 56.*) par conjugum vitam pie Christianam agebant, eo excepto, quod mater, si forte iracunda exarset, filio rotam imprecaei solita. Tractu temporis filius Bifcholemii victoriam exercuit, & in patriam redire ignota cuidam viatori sese associavit: gerebat secum praegrandum cultrum suo officio peraccommodum, dumque locis lassitudinis causa in sylva indormisceret, illum praecis faucibus obtinuit. Agnosceret ex culro homicidii reus, trahitur in vincula, fatetur crimen, & ad crucifragium condemnatur: ipsa mater interfecti sententiae executioni, illamque coram ingenti populi multitudine fassa est, suis imprecationibus debere. En mi Christiane, quid nocuisti aferat iracundia oris, praesertim patentem erga filios!

§. III. Et ira manus seu operi.

8. Denique per iram manus nihil aliud intelligitur, quam tumultuosa violentia, rixae, verbera, vulnera, & cades, quibus iracundi populi verborum contentiones injuriam ulciscuntur. Sed quo suo lucro? interlicissimum, quia in Dei officium involvat. Quemadmodum Deo optimo, Maximo Omnipotentia, Omnicientia, Immutabilitate, Misericordia, aliaque excellentia attribuantur; ita Deus ipse enunciat: *Mox est dicitur, & ego retribuam.* (*Deut. 32.*) Die jam mi Christiane, si unus in aeternis, superior in inferioris, inferior in superioris munus esse intruderet, si clericus vellet armorum exercitacionem docere milites: si miles vellet in choro cantare, in sacro tribunali confessiones excipere, & alia clericorum munia obire, quanta haec foret confusio, quanta absurditas? Eadem consilio, eadem absurditas resultat, si homo in officium Dei involet, & ultionem, quo Dei est, fidi accipiat: hinc teste S. Chryostomo, Hom. 27. in Gen. nullum est scelus, quod tam luculentis supplicitis Deus punire solet, quam vindictae cupiditas: *Nihil omnium Deus ira odit, & averfatur, ut hominem ultionis avidum.* Quam autem sunt ea supplicia, quibus Deus vindictam punire solet? Insuperamus Scripturam.

9. Ammonites & Moabites conjurant contra Regem Josaphat, conjunguntque viribus illum prolo aggressi sunt. (*2. Paral. 1. 20.*) Quid evenit? Rex Josaphat omnem suam spem in Deum resignans, illius oculis humiliter imploravit, eandem confidentia adeo placuit Deo, ut dictum sit regi: *Non est visus pugna sed Dei.* Ergo datur ignominiosamini, & congregiantur exercitus. Et ecce! quid hoc portenti? Ammonites armata manu in-

na involant in Moabitas, Moabites in Ammonitas, sic cruentum praesidium, occidit amicis amicum, confurgit terribilis strages, cujus Rex Josaphat cum quo exercitio non causa est, sed spoliator. Unde autem tam paradoxa consilio? Nempe Deus excaecavit eorum oculos, ut amicos non inimicis haberent, & ita se mutuis vulneribus trucidarent. Verum cum Deus invisas gentes perdere velit, cur non Angelum extirpatores submitit, qui exercitum Sennacherib destruxit? cur non fulminibus extirpari aut terrae hiatibus illos absorberi permisit? Ideo, respondet Rupertus Abbas, quia pacto foedere contra Regem Josaphat conspirant, dicente Scriptura: *Congregati sunt;* solet enim Deus illos pacis turbatores, qui ex condito contra tertium conjurant, non fulminum, aut Angelorum ministerio, sed ita punire, ut faba, quam in tertium eudere cogitant, in caput eorum recidat. Verba Rupertus sunt, in Paralip. hic. *Quia illi Ammones & Moab congregati sunt, ut pugnant contra Josaphat, & ceteri contra. Tunc ipse dominus concitavit eos contra eos.* Hoc est illud supplicium, quod Deus in ejusmodi pacis turbatores decrevit: in foevam, quam alteri foderunt, incidat: laqueo, quem alteri paraverunt, capiantur: in saxum, quod alteri collocarunt, impingant: gladio, quem in alterum avererunt, confodiantur: *Gladius eorum invectus in corda eorum.* (*Psal. 36.*) Vis recentius hujus rei exemplum?

10. Briautius Nobilis Normandus (*Thonar. Frag. hist. 2.*) a pueritia bello, & veltacionibus affectus, cum Henricus IV. Galliarum Rex pacem cum hostibus faxisset, palliato habita in aulam venit. Subridens Rex interrogabat, quem amicum hoc habita laegeret? Ex ille: *Non amicum, sed Martem lugeo pax omnibus amicis esturium.* Quid ita? ille & divitiarum, & heritorum facinorum mihi anam praebuit. Si ita fe habet, subsinerebat Rex, necdum debuit occasio, qui hictorum generofitate inclarefere valeas: Ego tibi commendatitias dabo ad Principem Nallovium, poteris militare sub fignis Batorum, Accceptavit Briautius hanc spartam, abit in Belgium, ibique generosi capitanei partes ultra spem implevit. Hac dum strenue agit, contigit ipsius Locumtenentem cum viginti equibus in veltacione captum, & Sylvaducum (vulgo Herzogenbulch) abducam fuisse. Miltitque Briautius captivo pecunias, quo suam fortunamque libertatem emeret, una cum literis, quibus haec verba inseruit: *Miroz quod te una cum viginti equibus a quadraginta fangis fuppari permiffis!* Haec litera venire in manus Gerhardi, praefidarii ejusdem lucentionis, qui graviter his verbis offensus rarus provocavit Briautium ad duellum, haud senior iste condicir: comparant statuta die achora, quilibet viginti equibus stipatus. Datur signum pugnae, congregantur, & primo quidem impetu Briautius Gerhardum, geminoque, qui prima fronte pugnant, ejus affelas, globis interfo-

cit. Verum dum sine suorum ordiae, & quasi certus de victoria pugnam profequitur, ab adversariis jaeturam sui capitis furiose ulciscens, ex equo dejectus, a quo desertus a suis, qui interim vel casti vel in fugam panico terrore cecidi sunt, capitur, & Sylvaducum perducitur. Quid fit? Praefidarius Chiliarcha, ubi mortem filii lucentionis inaudiri, in furias ahus captivum ac inermem Briautium interfici una cum sociis praecipit, quod & proditorium profus in modum executioni datum est. En! haec est catastrophe, qua tumultuosa capita expectat: Nautae ordinarie amicus, funambulus lapsus, & gladiatores vulnere pereunt.

11. Epilogus. Tu igitur, mi Christiane, fuge damnabile vitium irae, quod mente concipitur, ore proditur, & manu perficitur: Acque ut remedium hujus victorie cales, percipe per contritione, quid haec in rem Menochius cent. 7. c. 78. enarrat. Quodam cum Galeno quidam civis ex Insula Creta iter faciebat, Viri quendam peroris irae, factum est autem ex famulo aliquid interroget, & ille statim responsum redderet, mox ille ira effervefcens exignavit gladium, & miserum famulum lethaliter faucivir. Altera die facti penitens extrahit & reculis flagrum, illudque Galeno porrigens, percussit ab eo in criminis poenam postulat. Subridens Galenus edixit illi, iram non efficitur, quod per verbera, sed per victoriam passionum, & patientiae usum curari debeat. Veniunt permulti ad sacrum Confessionale, acculant se, quod ira victi distarum rancorem in animo gesserint, quod opprobria & convicia in proximum non sine laesione fame expulserit, quod colaphis & vulneribus in adversarium saevierint, & quae sunt similia: cumque Christiana mansuetudinis admoneretur, inquit, *Al! Pater! sum biliosa nimis natura, non est dicibile, quanta ego superanda iracundia remedia adhiberim: sustinui jejunia, & romifi peregrinationes, dedi elemofynas, & feci alia, haec incassum. Crederem, quod incassum, sed haec pharmaca funt praestantissima, sed non pro morbo irae, aptote quae competet non potest, nisi per exercitacionem mansuetudinis, & mortificationem passionum: sicut homo scibudus per hoc strim non relinguit, quod aquam oculis aut naribus illinat, quia aqua non pertingit illuc, ubi fitis urit, ita flagra, jejunia, & elemofyna non lunt remedia irae, quia non penetrant illuc, ubi ira residet. Quid ergo agendum? hoc agendum: Cum ira occasio vel agerit, statim, antequam invalefcat, colligendum est animus, statundumque, quod amore Dei haec offensam, aut delictum proximi in exercitacionem mansuetudinis dissimulare velis: id si bis, ter, quater aut saepius non sine violencia impiorum victor fueris in superanda ira deinceps haud amplius senties difficultatem. Qua ratione autem haec mansuetudinis exercitio perfici possit, proxime restat edocendum, &c. &c.*

Dominica XX. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXXI.

De virtute contraria ira, videlicet mansuetudine, & grandi illius merito, ac utilitate.

Vade. filius tuus vivit. *Joan. 4.*

Mansuetudo est virtus profus Divina, ac homini perquam proficua, quia ducit ad tranquillam vitam.

Regulus Capharnaia Divinis beneficiis profuserat indignus; nam primo, fuit gentilis ac idololatra, qui simulacrorum cultum Divino honori praeulit. Secundo, credibile est, quod Christi Domini legem, ac doctrinam multoties lusui ac contemptui haberit. Tertio, venit ad Christum cum culpabili indifferencia, cogitans secum ipso: si sanatum meum agrotantem, credam illum esse verum Mundum Redemptorem, si minus, non credam; id quod ex verbis illis cluere videatur: *Misisti me, & propterea videritis, non creditis.* *(Joan. 4.)* Et tamen missimus Dominus, qui losem fenum oris facit super bonos, & malos, homini ethnico, ac peccatori indignissimo adeo se beneficiis exhibuit, ut mortuicentem ejus filium eo momento sanavit. Quis non admiratur hanc Domini mansuetudinem? verum hanc admirandam mansuetudinis virtutem deim in amarissima passione sua multo liberalius demonstravit, quando ligatus funibus, contractus carenis, percussus colaphis, contusus pugnis, fectatus spuitis, obrutus calcibus, vulneratus baculis, lanias flagris, coronatus spinis, confixus clavibus, & denotatus ad ignominiosissimam mortem crucis damnatus, adeo non repugnavit, ut *quasi agnus coram vultuente se abominaretur.* *(Ista. 53.)* imo mala beneficiis compensans pro malefactoribus oravit. Quid nos fecimus? Eheu! propter unicum verbum aculeatum, aut leve proximi delictum in implicabiles furias exardescimus, similes illi Pollioni, cujus Seneca l. 3. de ira c. 49. meminit: Mancipium illius ex imprudentia congregerat vitrum, & ecce! adeo ira excaudavit, ad jusserit mancipium piscibus pabulandum, in vivarium project: verum miser homo e manibus eorum, qui sententiam exequi debebant, elapsus, reclus ad Imperatorem conlagit, & vitis gratiam exoravit. Miratus Imperator tyrannidem Pollionis, ex indignatione omnia illius vitra confringi, & vivarium terra impleri praecepit. Sic nos fere constituti sumus: propter unicum contradictionem, propter accusationem etiam justam, propter damnum unius ponti vix non ad insaniam redigimur, irconciliabile odium concipimus, & dentem pro dente, sanguinem pro sanguine reponentes, proximo mille infortunia, & mille mortes imprecamur.

1. Proposito. Non ita Christiani mei! Imtaminii Christi exemplam, & aulcitate monita dicentis: *Disicite a me, quia mitis sum, & bene ponderantes, quae hodie de mansuetudine, & contraria virtute ira dicturus sum!* Quid autem? Dicam, quantum merium, quantumque utilitatem hac virtus homini offert, si re inuocatur seipsum, five proximum, five Deum bonorum omnium Remuneratorem. Attendite! Favete.

§. I.

2. Cofirmatio. Mansuetudo, quae ab Emanuele Theologo Philosophia Mor. l. 10. c. 1. dicitur, quod fit virtus moderatrix iracundiae ab ira iustitia effensum ad vilitatem provocata, indicibile est, quantum profici sibi ipsi, quia animum hominis ad quavis adversa insensibilem reddit, & persecutionibus ac injuriis ex omni parte ingruentibus in mira quadam ac imperturbata tranquillitate conservat. Caidam vitae regulam roganti *(Rossignol. nit. Sancti. p. 1. c. 22.)* dixit S. Macarius: *Eas & illa mortuorum ossa convicere: Iste ille, fecit quae iustus est, rediitque Sancto, ossa ad omnia tacuisse.* Nunc eas, ajebat Sanctus, & eadem ossa laudes: *Irati, laudavit & itidemque retulit, ossa siluisse.* Sic tu fac, subintulit sanctus Magister: *differa hominum seu bona seu mala non cura, & ad omnia mansuece.* O quam expedita haec est tranquilla vitae regula. Quis unquam vivit in mundo, quis vivit, quis vivit, qui omnis placet? nemo ullus! est fide sis Abraham, fiducia Isaac, charitate Jacob, prudentia Joseph, providentia Moyses, sapientia Salomon, patientia Job, fortitudine David, & potentia Assuerus; tamen unus dicitur te esse nimis abjectum, alter te esse nimis tenacem, tertius te esse nimis imprudentem, quartus te esse nimis pusillanimum, & sic nemo erit, qui non aevum tibi obicit. Quis invere tor fluctus inmolitis habet? Nemo illi mansuetus, id, quod elegantissimissime exprimens S. Antiochus in Pandect. ait: *Sicut ramus cum vires, difficile frangitur, quia redit manus; ita animus mansuetudinis succo imbutus dicitur, ac injuriis hominum non perturbatur: Ramus autem, qui aridus est, facie confregitur, quia non cadit; ira animus iracundia exasperatus in furias, ipsamque desperationem exardescit.* Hinc ipsi gentiles, ut vitam sibi tranquillam, & ab omni fastidio alienam procurarent, mansuetudini studuerunt. Admiranda sunt hujus rei exempla inter quae non ultimum est illud Socratis, qui cum ab axore millemis conviciis, & tandem effusa in caput illius hydra laeceretur, non aliud repositum, quam illud: *Non dicitur post tot tonitrua venturas pluvias.*

4. Verum non ethnicarum, sed Christianarum virtutum paucissima sum; ideo praestat eorum exempla recensere, qui Christum imitati admiranda mansuetudinis exempla ediderunt.

semper olympo similes, cuius apex, quia nubiam regionem transcendit, nulla unquam tempestate turbatur. S. Ephrem dicitur iracundiam temperanter subieciis fuisse, *(Socranus. Hist. Eccl. l. 3. cap. 16.)* & eam ob causam monasticam vitam amplexum fuisse. Cum aliquando post plurium dierum jejunium illi minister cibum afferens, patnam fregerit, & hunc pudore ac metu teneri conerret, bono sis animo, ajebat, quandoquidem eibus ad nos non venit, nos accedamus ad cibum, & sic fragmentis patinae aliens praesus est. Philippus II. Hispaniarum Rex *(Mesech. cont. 7. cap. 78.)* tam constantis animi fuisse fertur, ut nunquam re prospera riserit, ut insulsa tristatus fuerit: aliquando ta fere nocte litteras ad Romanum Pontificem scripsit: absolutas tradidit Secretario labalantiae verum iste vigilis & tadio excois loco labularit arripit atramentarium, & litteras forside perfundit. Quid eventus? alii infarias scripsit acti, Philippus nihil motus de novo fessit litteras nullo edito indignationis indicio. Ludovicus XII. Galliarum Rex *(Ludovicus Moysopolis. l. 2. c. 12. n. 12.)* rogatus a quodam, ut in odium Caroli Ducis Aurelianensis, cum quo gravissimum similitudinis dissidebat, sibi bona quadam traderet, reposuit animo plane regio: *Aliud peti! nam Rex Galliarum non ulciscitur injurias Ducis Aurelianensis.* Alphonus Aragoniae Rex *(Fanoem. de gestis Alphi. lib. 4.)* dum contra Venetos & Florentinos bellicam expeditionem adornabat, ab inimicorum oratoribus obviam profectis pacem rogatus est. Submonuit hic nonnemo Regem, illuxisse opportunitatem, quae quavis emolumenta, quae vellet, ab hostibus extorqueri posset: at Rex reposuit: *Nullum aliud praesum vobis, quam hostibus pacem dedisse.* Sed pauca fuit ista; quia per hac facinora sanctus Ephrem, Philippus, Ludovicus, Alphonus, aliique nonnisi Domine praereptionis primam illam partem impleverunt: *Diligite inimicos vestros.* *(Matth. 5.)* Gloriosiora sunt, quae fecerunt sancti implendo etiam alteram partem: *Beneficis his, qui odium vos, id est, palmares injurias, & persecutiones inignibus beneficiis compensando.* Nolim hic recensere mansuetudinem Josephi, qui invidos fratres, a quibus in mancipatum venditus est, & regia liberalitate locupletavit: Nolo recensere mansuetudinem Davidis, qui eo tempore, quo a rebellis filio ad necem querebatur, rogavit suos Duces ac milites, ut incolumem sibi servarent puerum Absolon. Nolim recensere mansuetudinem sancti Stephani, qui inter lapidum graninam pro persecutoribus oravit: Illius solum juvat hic meminisse, quod S. Ambrosius ap. Sauch. regn. Dei p. 6. c. 5. de S. Christophoro enarrat. Gloriosus Christi Martyr a tyranni licitoribus in carcerem trahus, & exquisitis tormentis cruciatus, tandem ad valum alligatus est, ut sagittis congeretur. Perum ecce! Sagitta omnes in aere pen-

dula haerant, nec Martyris corpus attingunt. Obstupuit praesens populi multitudo, & ipse tyrannus, qui contra Christophorum mortis sententiam pronuncians, miraculum spectatum advenit. Verum suo infortunio! nam sagittarum una ex ordina displax oculum illius tetigit, & excecavit. Sed quis non admiraret inauditam charitatem? S. Martyr misero compassus, post meam mortem, ajebat, accipe unicum sanguinis mei guttulum, eamque zelo illine oculo, & ita corpore & anima convalesces! Vaticinio reppodit eventus! ex sacri sanguinis tactu oculus ad sanitatem, & tyrannus ad fidem reductus est. En! quam gloriose operetur mansuetudo in sanctis, nemini magis quam sibi ipsi proficua, quia per unicum ejusmodi actum plus quam per centenos alios, ajebat merita & gloriam; ideo inter novem gradus mansuetudinis S. Chrysolomus in Matth. Hom. 18. octavum recenset hunc: *Beneficis inimicum libenter offere.* Per. go ad alia.

§. II. Lucraus hominum estimationem.

5. Mansuetudo non solum sibi prodest, sed etiam proximum aedificat, & mirum in modum ejus affectum, ac estimationem lucratur. Sicut homo iracundus ac biliosus instar lapidis fugitur, ad quem quis aliquando impetit: ita mansuetus animum magis est, qui ab omnibus amatur & estimatur. Conferamus Moysen cum Moyle! Cum Israelite ex Aegypti captivitate liberati ad terram promissionis proficiscebant, venerunt in terram Gades, ubi cum omnes fontus essent exsiccati, videbatur populus siti interiturus. Moyses ergo ut afflicti succurreret cum fratre Aaron ingressus tabernaculum rogabat Deum: nec frustra; quippe Deus praecepit illi, ut congregato populo virgi sua petram excuteret: id ubi Moyses fecit, & sicca petra exili uberrimus fons, quo populus, & jumentum affluenter refecti sunt. Grande hoc fuit prodigium, nec tamen legitur, quod populus prodigioso benefactori grates retulerit. Sed progrediamur ulterius! Inde digressi Israelite pervenerunt in Arnon, ubi iterum aquarum penuria laborabant. Moyses iterum ingressus tabernaculum, in preces effusus est, & ecce! Deus ostendit illi puteum, & quo congregato in unum populo aquae tam abundanter effluerunt, ut omnes sitim relinquere. Quid deinde sidum est? Deinde exivit Israel caenam istud, aedificat populum *(Numer. 21.)* erat autem hoc carmen gratulatorium cultum, & grates referentium pro tanto beneficio. Jam quaeritur, cur populus non jam prima vice exultabundum carmine gratias egerit? an aquae putei dulciores fuere, quam illa producta e petra? Non haec est ratio, sed alia, quam facer textus insinuat, prout advertit Toftatus, in Num. *(hic)* Moyses atquevnt fontem elicit e petra, auctera increpatione invecus est in populum: *Audite rebelles & increduli! unum de petra*

hac vobis aquam poterimus elicere? Et ecce! hac verborum durities adeo exaruit animos Israeitarum, ut pro miraculo beneficio nullas res rulerint grates, quas tamen jussibus vocibus altera vice retulerunt, ubi Moyses in eam verborum austeritate non erupit. En! quam magica vis sit mansuetudinis, quod beneficium nobis dulce, sicut ira & indignatio amarulentum facit.

6. Quid? quod mansuetudo non solum amicum, sed etiam inimicum trahit animum? *Sermo nullis confingit ossa*, ait facer Proverbiales: (Prov. 25.) si iracundia adversarii instat ossis obturata est; vita mea lenitate emollietur, ita ut ajat S. Chryostomus Hom. 1. de David. & Saul. T. 1. illius placationem ex meo pendere arbitrio. Lubet iterum hujus rei exemplum addere? Erat in solitudine Maon vir dives nomine Nabab; cui res quidem domestica fuit ampla, ingenium autem illiberate & rusticum. Hinc viro David a facie Saul prolatus (1. Reg. 25.) per famulos inopiam ac famem suam significari, & beneficia partibus ejus praesidia describi iussit. Verum ille, uti homo erat barbarus, ita legatos non solum omni subsidio vacuos, sed & conviciis nervos dimisit. Quid David ad hac? iratus valde, juravit per Deum, quod totam illius domum evertere, & in ruinam dare velit. Quod juravit, certe exequutus fuisset, nisi Abigail, uxor Nabab's, humili deprecatione, & insignium donatis Davidem placasset; quippe obviam illi facta attulit esculentam & poculentam, in genua procidens, & inquit: *Ne ponat Dominus meus Rex cor suum super virum istum iniquum, quoniam secundum verbum suum stultus est. Suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua Domino meo.* Et ecce! hac verborum lenitate triumphavit mulier de Davide, qui postea leocia laudavit Deum, eo quod in mitigationem suam iracundiam tam prudentem sibi hominem submisisset. En! sicuti saltem, quod rures & moenia disjicit, si in mollem lanam incidit, vim suam omnem perdit: ita effertur animi iracundia ex verborum mansuetudine compellitur ac tranquillatur. Inspice Evangelium; videbis hanc mansuetudinis estimationem etiam ipsis sacris Historiographis familiarem esse; dum enim Christum Dominum ut incarnatum describunt, *Filium Dei* (Joann. 3.) vocant: dum autem judicaturum proponunt, *Filium hominis* (Joan. 5.) nuncupant. Progrediamur ulterius!

§. III. Et singulariter gratia est Deo.

7. Verum quod maximum est mansuetudinis praerogium, in eo consistit, quod Domino Deo aequissimo ream omnium estimatori praeceteris virtutibus, quae ad mores pertinent, placere videatur. Postquam spolia pulchritudinem dilecti admirata est, inquit: *Tu pulcher es dilectus mihi*, (Cant. 1.) mox sponsum reci-

proco elogio lauditorum sponsum subjungit: *Pulchra es amica mea, oculi tui columbarum.* Sed quaro hic: cur sponsum dilectae suae oculos lumbinos affingit? si sciam, ut perspicaciam oculorum significare vult, cur non oculos aquilinos illi attribuit, qui irretito visu solem aspiciunt? Abiit hoc, sponsum in sua dilecta qualitates columbae, non aquilae affectat? Quamquam autem sunt hae qualitates? an puritas columbae, quae loca sordida & obscuroa refugit, ac declinat? an gemitus columbae, quo hominem vere poenitentem praerogant? an providentia columbae, quae contra insidias accipitris in foramina petrae se recipit? Laudo has qualitates, & dico ad sensum glossae, in Cant. 1. sponsum singulariter sibi complacet in spona, quia adinstar columbae *fills caris & nimum latis*. En! quantum complacentiam Deas hauriat in virtute mansuetudinis.

8. Hinc etiam Dominus Deus homines mansuetos in persecutionibus & adversis singulari protectione tueri, & calamitosa demeritaque ab eis amoveri solet. Est celeberrimus quaestio inter auctores, cur Dominus Deus sanctos Martyres contra exquisita tyrannorum tormenta, rarissimo autem contra idem gladii immunes servaverit? saepe sancti Martyres leonibus & uribus devorandi traditi sunt, & saepe ista deposta omni saevitie pedes eorum lambere, & ablanditi ceperunt, ut haberent in vita S. Priscæ. Sæpe parata stabat curulis machina acutis aculeis ac pugionibus armata, quae corpora SS. Martyrum in mille frusta dilaniari debuissent, & machina a fulmine distracta est, prout legitur in vita S. Catharinae. Sæpe peratus stabat terribilis rogos, pice & resina instructus, quo SS. Martyres exuri debebant, & ignis nec unam vestimentum simit. Sæpe in liquescentium plumbum ac metallum injecti sunt, & inflammatus as omnem aream vim deperdidit, prout consistit ex historia S. Viti. Verum cum decapitationis sententia damnavit, rarissimo, aut fere nunquam contigit, illos ab ictu gladii praeservatos fuisse. Quae causa hujus rei? Percipite causam ex Doctissimo Menochio, cent. 5. cap. 19. Gentiles tyranni, qui SS. Martyres ordinate pro venenis, & diabolicis habebant, erant persulsi, magicae incantationes valere quidem contra istum gladii, non autem valere contra acerba tormenta, v. gr. ignis, rotifragii, & alia. Ut igitur Dominus Deus toti mundo demonstraret, suos Martyres non esse venenos, & nullam habere cum diabolo conspirationem, gladii illos decapitari permisit, & contra omnia quavis tormenta poterit defendi. En quanta cum providentia Deus curam seriat coram, qui cum mansuetudine amore Dei perseverat persecutiones. Eito mihi Christiane, quod a malevolis linguis pro sare, pro raptoe, pro adultero, pro demonis-contubernali, pro no-

mine

CONCEPTUS CXXII.

De vicio accidia, singulis adhibet, damno: ac remediis.

Et cum coepisset rationem ponere, oblati est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. Matth. 18.

Negligentia augendi merita, seu accidia est vultum valde periculosum, quia nec vicia superavit consuetudines nec demonis tentationes nec Dei iustitiam rationes curat.

1. **H**odiernum Regis ratiocinium videtur si-milimum illi, quod idem Evangelista Matthæus elibi enarrat. Prædixit quidam homo peregre profectus tradidit servis suis bona sua, & uni quidem dedit quinque talenta, alteri duo, tertio unum, unicuique secundum propriam capacitate. Post multum temporis reversus Dominus posuit rationem cum eis, & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, adeoque universum decem talenta, dicens: *Eccc alia quinque superlatum sum.* (Matth. 25.) Similiter qui duo talenta acceperat, accedens attulit quatuor talenta, inquit: *Eccc alia duo superlatum sum.* Et isti quidem a Domino liberalissima remuneratione donati, & ad magnam dignitatem evecti sunt. Tertius autem, qui unum talentum acceperat, attulit talentum sine lucro, quia illud in terram desodit, & securitatis causa abscondit: Et ecce! Dominus auferat increpatione in eum invecus, iussit illum sine mora eijci in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Terribilis poena! quid mali fecit infelix famulus? an ærummum Dominus furis evacuavit? an patriam profugit? an domum incendit? Nihil simile! conjectus est in carcerem, quia cum pecunia sibi concessita negotiari omisit, *servum vero a bono opere torporem damnat*, ait S. Gregorius, Hom. 9. in Evang. consequenter tota delicti ratio erit torpor, & lucri omisio. Eundem in morem hodierno Regi oblati est famulorum unus, qui debebat ei decem millia talenta: Decem millia talenta ad nostram pecuniam redacta faciunt centum & viginti milliones aëreorum: (Cor. a L. in Mat. 18.) non est possibile, famulum posse contrahere tam enorme debitum! quare ergo reus agitur? quia Dominus probabiliter computat lucrum cessans, quod redigere possuisset, si prudenter negotiatus fuisset. Ita S. Chryostomus Hom. 79. in Matth. inquit: *Non sibi malefices cruciantur, verum & qui bona sacre negligunt.*

E e

2. Pro.

mine nequissimus proclameris, noli vindictam sperare, sed iacta super Dominum curam tuam, & ille, si fieri aliter non possit, etiam prodigium tuam innocentiam demonstrabit.

9. Nil dicam de ingenti gloriae, & merito-rum corona in caelis tibi reservata, quae revera tanta est, ut Eusebius Emisenus Hom. de S. Steph. mansuetum Martyri confestat, inquit: *Partem & opera Martyris suscipit, qui adim-malibus debium generosi cordis benignitate conceleat.*

10. Epilogus. Sed quares: An ergo delicta subditorum cæca benignitate dissimulanda, & nulla animadversione castiganda sunt? Hoc ego non dixerim! si subditi correctione ab errore revocandi sunt, duplicem nota cautela! Inprimis expedit, ut corrigendum praerogant, eum fere in modum, quo Plinius L. 33. c. 12. scribit, quod Romani enibus suis alligatas habuerint campanulas: unde fiebat, ut necessem movere, nec in hostem vibrare possent, nisi no-lae sonitu praerogantium. Et hoc est forsitan quod David laudat in Ps. (27. 29.) *Dedisti mercedem tibi ut significaveris, ut iustitiam a facie veniat.* Alterum, quod in correctione delinquentium notes, illud est, ut post castigationem te amabilem exhibeas, demonstratque, te non ex odio, sed amore punivisse. Et hoc forsitan insinuare voluit Christus Dominus; cum enim in discipulis anxiam circa vitam necessaria sollicitudinem corrigere volens edixit: (Luc. 12.) *Considerate corvos, qui non seminant, paulo post illos ad lilia campi misit: Considerate lilia, non laborant, neque necant.* Quid est, quod Christus post corvos, non lilia discipulorum Magistros constituit? Neque, ait S. Pet. Chryolog. ser. 163. *quos comparatione scissimam aut exasperasse videbatur, ad foris specios reduci exemplum.* Hac in-queram, mi Christiane, in correctione aliorum observa! de cætero autem non erraveris, si semper ad mansuetudinem magis, quam austeritatem propendens, sic vitam tibi tranquillam procurabis, si proximo te commendabis, si gratiam apud Deum inibis! Percipe pro corone generosum hujus rei facinus! Richardus Rex Anglie (Menc. cent. 5. c. 41.) in obsequio justidam arcis a quodam Beltramo lethaliter sauciatus fuit, occupata arce adlectum decum-bentis Regis adductus fuit jaculator, cui ille: *Quid mali tibi feci, quod vitam mihi adimas?* Reposuit audacter Beltramus: *fat mali mihi fecisti, quia patri meo, & duobus fratribus vitam eripuisti!* gaudeo de tua morte, quam e-super ego libenter obibo, dummodo tu non sis fori, & centum aëros illi numerari praerogant. O dignum immortalis memoria facinus, quod solum potuit Regi æternam promereri gloriae coronam! &c. &c.